Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

hoc centum quinquaginta in ordine
denariorum. & mille quingenti in or
dine centenariorum. & .xv. milia in or
dine millenariorum. Quia sicut quin
denarius ex quindecim unitatibus
fuit constitutus. sic. c. l. ex quindeci denari
is. & mille quingenti. ex quinde
cim centenariis. & quindecim milia
ex quindecim millenariis. Ideoq; qd
significat p quindecim. hoc ut p
centum quinquaginta. & p alios du
os numeros significatur. Cognito g
sacramento quindenarii. reliquorum ñ
latebit mysterium; quindecim tamq;
significat. duorum testamentorum
concordiam. Constat enim ex septe
nario. & octonario. Septenarius aut
significat uetus testamentum. q
in ueteri testamento obseruabatur
sabbatum. qui est dies septimus. &
septima septimana. & septimus mē
sis. & septimus annus. & septimus
annus septimae decadis. qui iubi
leus dicitur. Octonarius uero ad
nouum testamentum refertur. q
in nouo testamento dñici dies ob
seruatur. qui est octauus p septi
mum. Idē est & primus post sabba
tum. & primus in pma rerum con
ditione. Secdm hoc mysterium est
numerus psalmorum. Ideo enim cen
tum quinquaginta sunt. qui nu
merus eodem annotatur mysterio.
quo quindenarius. ut ostendat huius
libri doctrina. utriq; consonare te
stamento; ecce. quare hoc numero.
psalmi consepti sunt. nē animadu
tendū. quare p quinquagenas & p
tres hoc opus distinguat. Idoq; p
quinquagenarium distinguit. quia
hic numerus magnis ac diuersis an
notatus est sacramentis. Constat. hic. n.
numerus. s. l. de septima septima
narum. i. de septē septenarius. addito
uno tanquam ipso octauo ad determi
nandum quinquagenarium. Septena
rium uero septiformis spiritus figurat.
& p ipsum quoq; quinquagenarium.
quia tot diebus completis post resurre
ctionem uenit spiritus sanctus super congrega
tos in xpo. qui spiritus septenario nume
ro perpetue in scripturis commendat.
hoc igitur numero distincti sunt psalmi.
ut significetur nos septiformis gratie
spiritus sancti fieri participes. si doctrinam
psalmorum custodiamus. Ideo etiam
hoc numero fit psalmorum distinctio.
quia hic numerus scilicet. quinquagin
ta. in quadraginta & decem diui
ditur. unde & xpc in actibus suis
cum sic diuisit. qui quadragesimo
die post resurrectionem in celum as
cendit. unde post decimum diem spm
sanctum misit. Quadraginta u tem
poralis habitacio huius mundi
ostendit. quia quaternarius in qua
dragenario. & ex quatuor & decem
inse ductis multiplicato. pualet.
quantum ad significationem. Qua
tuor enim partes habet. mundus
& annus. & quatuor sunt elementa.
ex quibus omnia corpora con
stant. Denarius autem legem signi
ficat. propter decalogum manda
torum. que fuerunt scripta in
tabulis. Huic autem numero scilicet
quadragenario. addit denarius
ut quinquaginta compleantur.
denarius uero unitatem ecclesiam significat.
Constat enim ex tribus & sep
tem. Ternarius uero ad sanctam trini
tatem refertur. Septenarius ue
ro qui constat ex tribus & qua
tuor. ad duplicem hominis na
turam. qui constat ex anima & cor
pore. Ad animam pertinet ternarius.
propter triplicem uim animae. Ad
corpus quaternarius. propter quatu-